



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

Art. III. Vtrum imago Christi sit adoranda adoratione latriæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

genuflexionem (vt patet ex capit. 3.) qui à Iudæis non folebat alijs communiter exhiberi quàm Deo; & ideo Mardocheum Iudeum noluisse illi huiusmodi honorem exhibere, ne cultum consuetudine populi Iudaici Deo applicatum in hominem transferret, eumque videretur latræ adorare cum scandalo Iudæorum; quod colligi potest ex capit. 3. vbi pueris regis dicentibus, *cur prater ceteros non obseruas mandatum regis?* dixit se Iudæum esse, quasi diceret se non posse eum cultum homini cōmuniter deferre qui visu & consuetudine Iudæorum soli Deo cōmuniter exhiberetur per modum ordinariæ reuerentiæ. Dixi, *cōmuniter*, quia varij auctores notant principes aliquando graui ex causa etiam à Iudæis genuflexione adorari potuisse; non tamen ita factū cōmuniter & per modum reuerentiæ ordinariæ. videri possunt Suarez disp. 52. sect. 1. ad 1. Vasquez disp. 107. cap. 3. ad 1. Delrio in caput 49. Genesim. num. 22. & seqq.

40.
Genuflexio
non solebat
à Iudæis
alijs exhibe-
ri quàm Deo.

41.
Obiectio 3.

Act. 10. 6.
14.
Resp.

Obijciunt 3. Act. 10. cum Cornelius Petrum adoraret, Petrus eum prohibuit; similiter Paulus & Barnabas prohibuerunt cum idem tentarent Lycaones Act. 14.

Resp. ad posterius exemplum Lycaones existimasse Paulum & Barnabam Deos esse, & tanquam talibus voluisse sacrificare, quod merito eis est prohibitum. Ad prius dico Cornelium ea in re non peccasse, neque à Petro reprehensum quasi peccasset, sed Petrum solum ex modestia hunc cultum repudiasse, vt scpe fit inter homines.

Obiectio 4.
Augst.

42.

Resp.
S. Ioannes
Apoc. 19.
non existi-
mauit An-
gelum esse
ipsū Deum.

Obijciunt 4. Apoc. 19. cum Ioannes veller Angelum adorare, ab illo est prohibitus dicente; *vide ne feceris*. Aug. q. 61. in Genesim ceteris id poterea dictum ab angelo, quod existimaret illū esse Deum, & ideo voluisset latræ cultum exhibere.

Cōmunior tamen & verior sententia est Ioannem non errasse in conditione angeli, nec voluisse eum tanquam Deum adorare, atque adeo non fuisse ab angelo prohibitum quasi in eo peccaret; sed quod angelus reculauerit se ab eo adorari, vt ostenderet quanti homines faceret postquam natura humana euecta est ad esse personale Verbi; & præsertim quāti faceret Apostolos & ministros Christi & principes Ecclesiæ. Conf. i. ex eo quod angelus addiderit, *conseruus tuus sum*. Conf. 2. ex cap. ultimo, vbi angelus tenuit similem honorem sibi exhiberi; non potest autem dici Ioannem eo loco nesciuisse fuisse angelum quem vellet adorare.

Obiectio 5.

Resp.

Obijciunt 5. varij Patres qui negant sanctos, creaturam, martyres adorandos. Resp. ex dictis illos non negare sanctis inferiorem cultum & honorem posse exhiberi, cum pluribus locis tradant eos posse adorari, sed solum negare cultum & adorationem latræ.

ARTICVLVS III.

Virum imago Christi sit adoranda adoratione latræ.

43.
P RÆMISSA distinctione imaginis in quantum est res quedam materialis & in quantum consideratur tanquā imago & representatio alterius. Respondet imagini Christi prout est res quædā puta lignum pictum &c. nullam exhiberi reuerentiā; cum reuerentia soli nature rationali debeat: imagini verò consideratæ tanquam imagini, seu prout est representatio alterius, exhiberi eandem reuerentiam quæ exhibetur prototypo, & proin-

Resp. 1.

de imaginem Christi esse adorandam adoratione latræ. quæ res paulò latius est examinanda, similiter & solutiones argumentorum, & agendum de cultu & adoratione imaginum.

D V B I V M I.

Virum vsus imaginum sit licitus?

44.
P RÆTER Iudæos & Mahumetanos perique hæretici, tam antiqui, quàm recēiores, damnant imaginum cultum. Nam vt omitam Manichæos & Marcionistas quos Tharasis in 7. Synodo act. 1. testatur respuisse imagines; & alios: Leo I. Mauricus imagines honorari prohibuit, vt testatur Zonaras in eius vita & alij, & iussit auferri, vt docet Adrianus 1. in suo scripto de imaginibus ad Imperatorem Constantinum, & Irenæus eius matrem, in 7. Synodo act. 2. Videri potest Baronius tomo 9. anno 11. Leonis.

Illius impietatem secutus est filius Constantinus Copronymus, & plures imperatores successores, quos refert Bellarm. tom. 1. controuersia generali 7. lib. 2. qui est de cultu imaginum cap. 6. & tandem superiori sæculo & hoc, apertum bellum contra imagines mouent hæretici, è quibus Calvinus, vt videtur lib. 1. institutionum capit. 11. Quibus non obstantibus

Dico vsum imaginum per se loquendo esse licitum & honestum. Est de fide definitum in 7. Synodo act. 7. & patet ex vso totius Ecclesiæ.

Prob. 1. ex facto Christi Domini, qui faciei suæ impressam imaginem in linteo misit ad Abagarum regem Edessæ, vt testatur Dam. lib. 4. de fide cap. 17. & oratione 1. de imaginibus post medium; per quam ciuitas Edessæ fuit ab incendio liberata, vt refert Euagius lib. 4. historiarum cap. 26. & quā Leo lector in 7. Synodo act. 5. testatur se vidisse.

Præterea ipsius Christi tempore statua eiusdem fuit erecta à muliere, quæ à fluxu sanguinis fuerat per eum liberata, cuius imaginis mentionem facit Dam. oratione 3. de imaginibus. Eusebius lib. 7. historiarum cap. 14. & alij.

3. Est antiqua traditio sanctam Christi faciem in linteo tempore passionis fuisse expressam, quæ etiam hodie obseruatur Romæ in basilica principis Apostolorum, & in eundem populo ostenditur.

4. Nicodemus dicitur quandam Christi imaginem efformasse, in qua Iudæi per ludibrium Christi passionem renouarunt; ex qua percussa exiuit sanguis & aqua, vt habetur in quodam sermone citato à 7. Synodo act. 4. sub nomine Athanasij. Plura passim ab auctoribus referuntur quæ breuitatis causa prætereo.

Prob. 2. ex sanctis Patribus, quorum pleraque testimonia afferuntur in 7. Synodo act. 4. ex Basilien. epistola ad Iulianum apostatam, in qua probatur imaginum causam & historias. Gregorio Nysseno in oratione de pictura in qua Isaac à patre immolabatur, vbi dicit, *vidi sepius inscriptionis imaginem, & sine lacrymis transire non potui*. Damasc. orationibus pro imaginibus, & alijs ex quibus infra probabimus imaginum adorationem. Videri potest epistola Adriani 1. ad Constantinum Imperatorem pro imaginibus, quæ habetur actione 2. 7. Synodi, in qua docet venerandarum imaginum receptionem esse iuxta antiquam sanctorum Patrum traditionem; pro qua sententia plurimos Patres in superioribus adduxit.

Prob.

Prob. 3. ratione. i. vixit præclaris & de republica bene meritis dictante lumine naturæ statum honoris causa possunt erigi, vt testatur recepta totius orbis consuetudo; ergo ad declarandum honorem quem sanctis de Ecclesia bene meritis deferimus, possumus eorumdem imagines efformare.

2. Imagines nos excitant ad amorem sanctorum quos representant; igitur earum usus non potest dici illicitus.

3. Excitant ad eorumdem imitationem: dū enim præclara gesta sanctorum nobis per picturas &c. representantur, potest in nobis excitari feruens desiderium heroicis eorum virtutes imitandi. Conf. quotidiana experientia constat picturam non minorem vim habere ad mouendum quam historiam; vnde & a S. Gregorio lib. 9. epistola 9. pictura vocantur idiotarum & rudium libri.

4. Picturæ reuocant in memoriam diuina beneficia collata Ecclesiæ ministerio sanctorum.

5. continent quandam fidei nostræ professionem: dum enim imagines sanctorum efformamus, probamus fidem quam illi sunt amplexati. Plurimæ aliæ sunt imaginum vtilitates, de quibus videri potest Trid. sess. 25. de inuocatione sanctorum; Molanus ante librum 1. de imaginibus, qui decem ex Sando ponit sacrum imaginum vtilitates.

Ex quibus omnibus aperte constat usum imaginum non esse intrinsecè & ex rei natura illicitum. Quod etiam probari potest ex eo, quod alioqui arspingendi & sculpendi esset illicita; cum intrinsecum ordinem dicat ad usum imaginum: nam si usus imaginum sit natura sua illicitus, aperte sequitur artem illas efformandi ex se & intrinsecè esse illicitam. Atqui consequens nullo modo dici potest, cum repugnet communissimo hominum conceptui & omnium gentium existimationi. Præterea hæc ars diuinitus quibusdam est infusa, vt patet Exod. 31. & 35. scilicet Bezaleel & Ooliab.

Idem usus imaginum non potest dici malus, quia prohibitus, saltem in lege noua; cum neq; ex scriptura, neque ex traditione &c. talis prohibitio possit ostendi.

His omnibus ad probandum usum imaginum esse licitum & honestum, addi potest quod principes Iconomachi diuina ultione correpti horrendam mortem appetierint.

Porro ex dictis apparet non tantum esse licitum usum imaginum in quibus notatur historia, sed etiam aliarum, cum etiam ex alijs pleræque vtilitates relatæ sumi possint, & constet ex dictis alias aliquando depictas.

Ex dictis satis constat licere depingere Christi imagines patet ex historijs allatis; item & 7. Synodo act. 7. in definitione fidei, ex Trid. loco citato. Denique ex sensu & praxi totius Ecclesiæ.

Neque quidquam contra hanc certam doctrinam valet, quod obijciebant antiqui hæretici; nimirum hac ratione Christum diuidi; id enim falsum est: cum Ecclesia per picturam sub forma corporea velit rudi populo totum Christum representare, non verò illum diuidere: quemadmodum depingens Imperatorem, per imaginem mortuam non intendit eum mortuum representare. Et sanè non opus est vt res aliam representat habeat physice in se omnes conditiones rei representatæ, ad hoc vt dicatur eam representare; alioquin nullam substantiam possemus nps vel Angeli intelligendo representare, cum omnis nostra intellectio sit accidens: non possemus intelligere res vita carentes,

cum nostra intellectio sit opus vite, imò nec Deus posset res creatas intelligere, cum eius intellectio sit res increata, & proinde non habens in se formam conditionem rei intellectæ. hæc omnia aperte sunt falsa, & repugnant partim experientiæ & communi conceptui, partim principijs luminis naturæ.

Quaritur verò an liceat imaginem Dei pingere? Id negarunt non solum hæretici, sed etiam aliqui catholici; quibus Dur. dist. 9. q. 2.

Sed contraria sententia est omnino verior & communior Doctorum. Patet ex praxi communis, quam Ecclesia nullo modo reprehendit, sed tacite approbat, dum Trid. loco citato monet si aliquando historia & narratio sura scripturæ, cum id indoctis plebi expediat, exprimi & figurari congeriri; doceatur populus, non propterea diuinitatem figurari, quasi corporeis oculis conspici, vel coloribus aut figuris exprimi possit. quibus verbis satis indicat imaginem Dei posse depingi, cum moneat vt per pastores occurratur falsæ persuasioni de diuinitate, si quæ timeri posset.

Prob. vltimus ea sententia: possunt efformari imagines angelorum, qui tamen sunt incorporei; igitur quod Deus sit incorporeus, non obstat quod minus liceat eius imaginem pingere. Conf. cum Deum intelligimus, simul per phantasiam formamus consulam aliquam eius imaginem; quidni exterius aliqua formari possit?

Prob. 2. Spiritus sanctus incorporeus apparuit in specie columbæ; quidni ergo in eadem specie depingi potest; & per consequens quidni potest Deus depingi corporea specie?

3. Scriptura frequenter membra Deo tribuit; ergo potest per picturam sub similibus membris representari: vt enim patet ex dictis, Catholici per huiusmodi imagines, quibus Deum nobis representant, non intendunt docere diuinitatem esse corpoream, vel posse coloribus exactè representari; sed solum volunt confuso modo & analogicè representatione Deum referre, vt animus ad eius cultum excitetur.

Dices scripturam quæ membra Deo tribuit tollere erroris periculum, dum aperte docet illum esse incorporeum.

Resp. idem periculum tolli posse & debere per Pastores, vt monet Trid. supra. Vnde occasio erroris, quam dicuntur imagines Dei præbere, non reddit earum usum intrinsecè malum; cum vt dictum est, huiusmodi error facile tolli possit.

Conf. 1. ex contraria positione omnia creata dicenda essent ex se & intrinsecè mala; cum nihil sit quo homo non possit suo vitio abuti, & ex quo non possit sumere erroris & peccati occasionem. Sed aliud est rem quampiam naturā suā proximam huiusmodi præbere occasionem; aliud verò hominem suā maliciā interdum ex re quapiam illam accipere.

Conf. 2. longè plures conantur suos errores probare ex scriptura quam ex picturis, vt patet ex varijs hæreticorum erroribus; ergo si eo non obstante scriptura non potest censeri mala; non potest etiam censeri illicitum formare Dei imagines, per quas mens tendat in Deum, & excitetur ad eius amorem & venerationem, & gratiarum actionem pro beneficijs acceptis.

Prob. 4. Deus in antiquo testamento apparuit in forma hominis, vt patet ex cap. 7. Danielis; ibi enim narratur apparuisse in forma senis &c. ergo potest in eadem forma depingi.

Nec obstat quod forma externa in qua Deus olim apparuit non fuerit ab eo hypostatice assumpta;

51.

Quæst.
Quid Catholici negant
Dei posse
pingi, sed
immo Trid.
Durand.
Prob. ex v.
lu Ecclesiæ.
Trident.

Aliæ rationes.

52.

Script. frequenter membra Deo tribuit.

Replica.

Solutur.

53.

Deus olim apparuit in forma hominis.
Dan. 7.

quia efformans huiusmodi imaginem per quam hæc apparitio representatur, nullo modo intendit significare illam formam fuisse hypostaticè assumptam; sed simpliciter docere, quod Deus dignatus fuerit apparere.

Non etiam obstat quod apparitio facta fuerit ad designandum aliquem Dei effectum: id enim per imagines designari potest; & qui docebit quoniam sit ille apparitionis effectus, poterit etiam docere eum per imaginem designari. Adde quidquid demum sit de fine apparitionis, Deum verè apparuisse in forma corporea; qui proinde per imaginem confuso quodam modo possit representari.

54.

Obiectio. 1.
Ista. 40. &
46.

Obijciuntur. Ista. 40. dicitur, *Cui similem fecisti Deum aut quam imaginem poneris ei?* & cap. 46. *Cui assimilasti me & æqualisti, & comparasti me & fecisti similem?* non ergo licet similitudinem Dei seu imaginem efformare.

Resp.

Resp. negando consequens. nam Deus per Prophetam tantum intendit reprehendere idola gentium quæ imitabantur Iudæis; & vult ex Dei operibus, sapientia, potentia &c. ostendere nihil ei comparari. quare neque ea quæ coluntur tanquam Dii posse ei esse similia, cum nihil possint, non possint quidquam producere, conservare, iutare. Priori etiam loco docet non posse dari imaginem Dei ab artifice confictam, quæ perfectè illum representet.

A. 17.

Simili ratione dixit Apostolus Act. 17. *Gentis ergo cum finis Dei, non debemus affirmare autem aut argento aut lapidi sculpture artis & cogitationis hominis divinum esse simile.* quibus verbis solum vult reprehendere Athenienses qui existimabant divinitatem suis simulacris inesse, quod refutat Apostolus. Verum nihil horum volunt ij qui censent posse efformari Dei imaginem. pro quo

55.

Triplici si-
ne potest
imago Dei
efformari.

Notandum triplici modo vel fine imaginem Dei posse à nobis efformari. 1. ita ut exactè velimus Dei formam exprimere. 2. ad representandam aliquam figuram in qua Deus dignatus est apparere. 3. ut ex sensibili Dei forma & imagine possimus aliquo modo ad eiusdem Dei cognitionem & formam invisibilem ascendere. Summè quidem dementiæ esset velle Dei similitudinem primo modo efformare: nihilominus est licitum alijs modis imaginem Dei ponere, quod tantum volunt auctores huius sententiæ & praxis Ecclesiæ.

Obiectio 2.
7. Syn.

Obijciuntur. 2. in 7. Synodo act. 5. dicitur angelos pingi posse quia sunt corporei: ex quo videtur colligi à contrario Deum non posse pingi, quia est incorporeus.

Resp.

Resp. rationem allatam propter quam angeli pingi possint, non esse Concilij, sed cuiusdam Ioannis Episcopi Thessalonicensis, qui ea in parte variorum sui temporis secutus est opinionem. Verum licet Concilium approbet illius conclusionem, non tamen approbat rationem quæ falsa est: & quamvis esset vera, non posset solidè argumentum probare. Nam si angeli præditi essent corpore, illud esset tenue, & quod sub aspectum non posset cadere, & proinde depingi non posset.

Obiectio 3.

Obijciuntur. 2. varij Patres, qui censent non licere imaginem Dei efformare.

Resp.

Resp. illos Patres intelligi de imagine per quam conemur Deum exactè representare; seu, velle non posse pingi imaginem quæ Deum exactè representet, ut supra est explicatum; quod quantum in se erat facere intendebant Gentiles, qui putabant suos Deos præditos forma humana vel fi-

mili, quæ exactè per picturas vel statuas posset representari, quod de vero Deo putare est impium.

Contra ipsam dubij resolutionem Obijciuntur id quod habetur Exod. 20. *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in celo desuper & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra.* Confimilia habentur Deuter. 4. & 5. ex quibus potest colligi vsum imaginum non esse licitum.

Resp. non aptè colligi prædictum vsum esse naturæ suæ illicitum, vel in nona lege prohibitum, quod dico, quia inter Catholicos controuertitur, utrum in lege veteri fuerit prohibitum statuas & imagines efformare.

Varij tum antiqui tum recentiores existimant loco citato Exodi solum prohiberi id quod alias lege naturæ est vetitum, scilicet conficere sculptilia ut ea tanquam Numen aliquod adorentur, & cum existimatione quod iis insit aliquid diuinum, prout Ethnici faciebant; quod videtur deduci ex loco citato, ubi dicitur; *Non habebis Deos alienos coram me, non facies tibi sculptile &c.* non adorabis ea neque coles. *Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes.* quasi dicatur, neque interiori affectu & æstimatione, neque opere externo habebis Deos alienos præter me, &c. quia ego Dominus solus Deus, id est, meum honorem ad alium non transferetis. id consimili modo videtur inculcari Leuitici 26. & Deuter. 4. & 5. ubi obiter

Notandum iuxta hanc sententiam & explicationem particulam illam, *neque similitudinem*, non continere aliquid à priori distinctum sed esse repetitionem prioris partis, quod sepe fieri solet in scriptura, ad maiorem rei de qua est sermo inculcationem.

Alii quos citat & sequitur Valsq. disp. 104. cap. 2. censent in lege veteri vsum imaginum fuisse prohibitum, scilicet lege positivè divinà, Deo ita disponente eò quodd populus Iudaicus esset ad idololatriam proclivis, ad quam etiam gentium consuetudine abripiebatur. Iuxta hanc sententiam particula, *neque similitudinem*, continet aliquid distinctum à priori particula; ita ut per sculptile intelligantur idola & effigies falsorum Deorum, quarum vsum iure naturæ est vetitus, per similitudinem verò intelligatur imago vera.

Ex quibus patet ex neutra sententia quidquam posse concludi contra nostrā resolutionem & doctrinam catholicam. Non enim sequitur vsum imaginum esse naturæ suæ illicitum eò quod sculptilia sint illicita; nam imagines non sunt sculptilia. Similiter non sequitur si Iudæis fuerit prohibitum in veteri lege efformare imagines, id ipsum in noua lege prohiberi; cum illud præceptum fuerit solum ceremoniale, & solum spectaret ad populum Iudaicum, quod proinde cessat in noua lege. Et hæc abunde sufficiunt ad solutionem argumenti, in quo vim magnam ponunt heretici.

Cæterū queri potest quid videatur probabilius an inquam loco citato Exodi solum contineatur id quod lege naturæ est prohibitum; an verò aliud quod præceptum lege positivè impositum, utrumque sunt Doctores: pro utraque parte citantur Patres: pro neutra parte apparet conuincens ratio.

Sententiæ quæ censet ferri præceptum lege positivè videtur suffragari Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 22. qui de Moyse & Elia cognitis à S. Petro in transfiguratione, quāvis nullam eorum vidisset similitudinem, ait; *nec enim imagines eorum vel statuas populus habuisset & similitudines lege prohibente.* Videtur etiam suffragari Damasc.

oratio.

56.

Obiectio
contra
dubij
resolu-
tionem.
Exo. 20.
Deut. 4.
R. sp.Controuer-
sia.
De vitiis
g. nū in an-
tiqualege.

57.

Valsq. di-
sp. 104. cap. 2.
let in lege
antiqua ve-
ritum fuisse
vsum ima-
ginum.Locus Exo-
di 20. non
facit contru-
elationem.

58.

Depropo-
sita contro-
uersia do-
ctores iudi-
cium.

Tertull.

Damasc.

oratione i. de imaginibus dicens, Iudeis igitur quan-
do ad simulacra colenda erant propensiores, hæc inssa sunt:
nobis autem quibus, ut theologicè loquar, datum est ut
superfluum errorem fugientes & veritatem cognoscen-
tes per eam Deo vescimur, cuique soli servimus, & per-
fectas divinae notitiae divinitas assequatur, infantiamque
prætercentes in virum perfectum evadimus, non sumus
amplius sub pedagogo &c. id est, sub legis antiqua
prohibitione, ubi censet prohibitum Iudeis ima-
gines efformare, & causam legis recenset.

Cum verò obijciatur inde sequi esse undecim
præcepta decalogi, respondent aliqui negando se-
quelam, dicuntque partem citatam esse appendi-
cem primi præcepti pertinentem ad eandem vir-
tutem.

Obijcientibus etiam ex Ireneo lib. 4. cap. 31. &
alijs quòd omnia præcepta decalogi sint natura-
lia, præter determinationem de sabbato: Respon-
dent esse quidem naturalia quoad ea quæ præci-
puit in illis continentur, tamen in primo esse ali-
quid per modum additamenti quod sit ceremo-
niale.

Advertendum etiam hanc sententiam non ita
intelligendam, quasi omne genus picturarum &
statuarum esset prohibitum, cum constet Salomo-
nem 3. Reg. 6. duo Cherubim in templo posuif-
se, nec idcirco fuerit reprehensus: sed ita intelli-
gendam ut solum fuerint prohibita imagines eo
modo factæ ut ad sui venerationem moverent, non
verò ea quæ tanquam ornamentum alteri rei an-
nectebantur; qualia erant Cherubim tam arce
quàm templi, quæ ad ornatum arce & obumbra-
tionem erant posita, & quibus adoratio per se non
fuit exhibita, quamvis ipsum totum adoraretur.
Et iuxta hæc explicari potest præceptum quo Deus
præcepit fieri duo Cherubim iuxta latera arce
Exod. 25. dici, inquam, potest ita iussu à Deo,
nullo modo derogando suæ constitutioni, quia
iussit illa eo modo fieri, ut satis constaret solum
ponenda ad ornatum, non verò ad cultum eis ex-
hibendum.

Dices saltem ipsa arca potuit adorari.

Respondent ita esse: sed Deum ea in re dispen-
sasse: quòd in veneratione arce minus esset pec-
culum idololatricæ, nullus enim sibi proposuit
arcam tanquam Deum adorandam. Dicit etiam
posse Deum ea in parte non dispensasse, cum ip-
sum præceptum non respiceret Deum, nec eum
obligaret, sed solum Iudeos, quibus prohiberet
ne imagines efformarent, scilicet propria autori-
tate.

Sententiæ quæ censet verbis Exodi citatis solum
contineri præceptum legis naturæ videtur
omnino favere Augustinus lib. 19. contra Fau-
stum cap. 18. ubi dicit servari à Christianis primum
præceptum totum, & non facies tibi idolum, &c.
cetera huiusmodi, id est, quæ in hoc præcepto se-
quuntur. & epistola 119. cap. 12. adeoque inter omnia
illa decem præcepta solum ibi quod de sabbato possumus esse
certatè observandum præcipitur Idem August. q. 71. in
Exodum dicit, illa verba, non facies tibi idolum nec
villam similitudinem &c. esse solum explicationem
eius quod dictum erat, non erunt tibi dii alij præter
me. Idem tenet S. Thom. hic ad 1. multumque
videtur favere textus scripturæ. si enim accuratè
perpendatur, suaderi potest unicum esse præce-
ptum, & varijs modis ad rem magis inculcandam
prohiberi ne vllam idolum efformetur, vel ei
cultus vlllo modo exhibeatur, vel alijs tanquam
Deus adoretur, & cultus vni vero Deo debitus in

fallos Deos transferatur. Quare hæc sententia vi-
detur probabilior.

D V B I V M II.

Utrum imagines in templis rectè collocen-
tur?

SUPERIORI dubio ostensum est in genere vsum
imaginum naturæ suæ esse honestum & lici-
tum: presenti quarimus in specie num eodem ima-
gines rectè in templis collocentur? id enim negat
Calvinus lib. 1. institutionum cap. 11. eò quòd
primis quingentis annis non fuerint imagines in
templis christianorum.

Sed id est error manifestus; cum tempore Iu-
liani apostata imago quam Christo crexerat Hæ-
morroissa fuerit à christianis in templo collocata,
ut tradit Sozomenus lib. 5. cap. 20.

2. In templo à Constantino in Palestina exædi-
ficato positum fuit monumentum Servatoris, ut
refert Euseb. oratione de laudibus Constantini.

3. Damasus in vita Sylvestri refert Constanti-
num posuisse imaginem Servatoris & Ioannis Ba-
ptistæ illum digito monstrantis in loco baptiste-
rij prope Ecclesiam Lateranensem; in ipsa verò
Ecclesia Lateranensi posuisse imagines argenteas
duodecim Apostolorum.

4. Basilus homilia in 40. martyres, & refer-
tur à Theodosio in 7. Synodo act. 1. ait: Nam si
Imperatorum vexillis sanctioribus & imaginibus in civi-
tates & provincias missis, omnis populus cum cereis &
fussimentis odoratis occurrunt; quando insus est in Chri-
sti Dei nostri Ecclesiis imaginem Servatoris nostri Dei &
intemeratæ Mariæ eius, sanctorum etiam omnium Patrum
& piorum erigere.

Eadem actione quidam Leo Episcopus reuer-
tens ab heresi Iconomachorum docet apostolicam
esse traditionem ut venerandæ imagines in sanctis
Ecclesijs colantur. In eadem Synodo act. 6. tomo
1. Epiphanius ostendit quòd imagines ab Aposto-
lorum temporibus in Ecclesia fuerint. Plurimos
Patres citat Bellarm. lib. de imaginibus cap. 9.
ex quibus & ijs quos iam retulimus redarguitur
mendacium Calvini; cum Patres citati florue-
rint ante annum quingentesimum, similiter ea quæ
retulimus ante illud tempus contigerint.

Catholicæ affectioni fauet ratio; cum nihil sit
tam consonum rationi quàm imagines sanctorum
& amicorum Dei collocari in loco publico, ut po-
pulus Christianus ad eorum imitationem, inuoca-
tionem & reuerentiam possit excitari. Adde signa
sacra, decenter & religiose poni in locis sacris ad
memoriam sanctorum in nobis excitandam.

Contra resolutionem Obijcit Calvinus 1. ca-
nonem 36. Concilii Eliberitani, in quo dicitur, pla-
cent picturas in Ecclesia esse non debere, ne quod colitur
aut adoratur in parietibus depingatur.

Verum ex hoc loco contra ipsum Calvinum po-
test argui, picturas fuisse in Ecclesijs ante annum
quingentesimum. Quod ad rem ipsam attinet,
prætermisissis variorum solutionibus, quas videre
licet apud Bellarm. cap. citato responsione ad 2.

Resp. Concilium tantum voluisse prohibere
ne picturæ in parietibus efformarentur, ut patet ex
ratione Concilij, ne scilicet quod colitur aut ado-
ratur in parietibus depingatur. Id autem prohi-
bit vel propter maiorem reuerentiam imaginum,
quæ enim depinguntur in parietibus, faciliè contra-

62.

Error Cal-
vini refuta-
tur.

Imagines à
Constantino
in templis
collocatæ.

Basil.

Epiphani-
63.

Imagines
in templis
positæ ante
annu quin-
gentesimu.

Obiectio 1.
Calvini.

Resp.

64.
Mcs Conc.
Eliberitani.

D V B I V M III.

Vtrum imagines Christi & sanctorum
sint adorandæ?

H A C T E N V S ostendimus vsum imaginum esse licitum, easque licite posse in Ecclesiis collocari: quod clarum est fieri posse quamvis ea non possent adorari: cum saltem possent deferuire ad memoriam sanctorum in nobis excitandam, & vt prouocemur ad eorum imitationem & inuocationem. Prasenti igitur dubio petimus num eas possimus etiam adorare, & externa honoris signa illis exhibere. quod est præcipuum punctum inter catholicos & hæreticos controuersum.

Hanc imaginum adorationem omnes Iconomachi impugnant; nam quamvis Caluinus censuerit imagines posse in ædibus retineri ad historiam repræsentationem, imò Lutherani eas permittant ad ornatum templorum: quamvis etiam aliqui tempore 7. Synodi censuerint imagines haberi posse ad excitandam memoriam exemplaris; de quibus agit Epiphanius in eadem 7. Synodo act. 6. in fine, quos & vocat semprobos & falso ueros; nullus tamen eorum censet posse honorem eisdem deferri.

Sed de fide est sanctorum imagines aliquo cultu esse honorandas, & signa venerationis posse illis exhiberi, salutatione, genuflexione, osculo, suffragibus, &c. Hæc est communis Ecclesiæ traditio, quam Adrianus 1. & varij in 7. Synodo docent esse apostolicam.

Prob. 1. ex scriptura: psalmo 98. *Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.* per quod intelligitur arca fœderis; licet enim qui per scabellum intelligant Christi humanitatem vel etiam terram, tamen eo psalmo litteraliter videtur plane accipiendum pro arca fœderis, quæ censebatur tanquam Dei suppedaneum: nam Deus sedebat in tabula super arcam posita, & vocabatur propitiatorium, ex quo dabat responsa, propter quæ ipsa arca & propitiatorium censebantur sancta & digna veneratione. Ex quo conficitur imagines propter ordinem quem dicunt ad Christum & sanctos, &c. posse dici sanctas & dignas veneratione.

Obijciunt hæretici loco citato non significari arcam, sed templum, & psalmistam velle vt adoremus ad scabellum seu in scabello, id est, in templo, quia sanctus est, scilicet Deus, videnturque fauere hebræa quæ habent *למנוח* *labadom* vbi *lamed* adiectum reddi potest per præpositionem, *in*, vel ad; hebræum etiam *קדוש* *kadosch* significat sanctus masculini generis.

Resp. in sententia citata nullo modo templum designari, cum vix hebræa significet scabellum, quod in scriptura nunquam pro templo usurpatur, sed vel pro terra, vel pro arca fœderis; vnde explicatio quam adferunt hæretici falsa est: non enim vult scriptura vt adoremus in templo tanquam in loco sed designat rem cui cultus sit exhibendus.

Nec obstat quod in hebræo ponatur *lamed*, quia quando apponitur nomini cum verbo adorandi, non necessario redditur per præpositionem, *in* vel *ad*, sed potest relinquere constructionem actiuam; quemadmodum Genes. 23. vbi dicitur, *adorauit Abraham populum terræ*, hebraicè ponitur *lamed*, propter quod nullo modo verti potest *in populo*, cum

hunt aliquam fœditatem &c. vnde non ita mouent ad sui venerationem: vel quia tempore illius Concilij seruientibus adhuc tyrannis in Christianos, sæpe necesse erat sacras imagines occultare; quod fieri non potuisset si fuissent pictæ in parietibus; & proinde Gentilium ludibrio fuissent expositæ.

Aduerte tamen hunc canonem plerisque in locis contraria consuetudine esse abrogatum imò in 7. Synodo act. 4. Beatus Nilus epistola ad Olympiodorum censet parietes templi replendos noui & veteris testamenti historijs. Eadem actione vicarij Adriani papæ docent, quod cum Constantinus Romæ templum Saluatoris exstrueret, in utroque pariete templi historiam veteris & noui testamenti inscripserit. videri etiam potest actio 7. in definitione fidei.

Obijcit 2. Epiphanius epistola ad Ioannem Hierosolymitanum quæ est 60. inter epistolas Hieronymi, vbi ait: *Inueni velum pendens in foribus eiusdem Ecclesiæ tinctum atque depictum, & habens imaginem quasi Christi vel sancti cuiusdam; (non enim inueni cuius imago fuerit) cum ergo hoc viderem in Ecclesia Christi, contra auctoritatem scripturarum hominis pendere imaginem, scidi illud, & magis dedi consilium custodibus eiusdem loci vt pauperem mortuum eo obvoluerent.*

Quidam respondent hæc verba esse supposititia, eo quod post finem epistolæ adiecta. 2. quod hic locus non fuerit ab Iconomachis contra Catholicos allatus. 3. quod Hier. epistola ad Pammachium contra Ioannem Hierosolymitanum totam pene epistolam Epiphaniij referens, huius partis non meminerit. 4. quod stylus sit diuersus.

Alij his non obstantibus eam partem agnoscunt tanquam Epiphaniij, & dicunt illam Iconomachis minime fauere, tum quod discipuli Epiphaniij ipsiusmet Epiphaniij imaginem in templo posuerint, vt dicitur in 7. Synodo act. 6. tomo 3. tum quod à nullo Patre fuerit impositum Epiphanio quod Iconomachis faueret?

Ex quo facile potest intelligi Epiphanium ea in parte non repugnasse doctrinæ Ecclesiæ, neque suo facto eam improbasse; & 7. Synodum tacite sentire prædictum Patrem non existimasse imagines sanctorum non posse in templis collocari. Vnde verbis citatis solum vult, quod cum transiret per quandam locum, viderit pro foribus templi imaginem hominis profani (nesciens cuius fuerit) ita in velo positam vt honor ei exhiberetur tanquam imagini Christi, vel alicuius sancti. quæ solutio facile apparet ex ipso contextu, & proinde non est quod illa pars dicatur supposititia, vt bene ostendit Vasquez disp. 105. cap. 4. est enim contra scripturam censere hominum profanum sacro honore dignum, & tanquam tali imaginem in loco sacro venerationis causâ collocare.

Obijcit 3. Augustinum epistola 49. q. 3.

Resp. eo loco Augustinum non agere contra imagines christianorum, sed contra idola Gentilium, quæ quando ita pinguntur & collocantur vt videantur viuere, multum afficiunt mæros animos eorum qui illa tanquam numen aliquod adorant, videlicet propter ipsam formam, licet sint mortua. quod periculum non inuenitur in christianis, qui edocti sciunt suas imagines non esse Deos, neque iis vt talibus cultum deferunt.

7. Synod.

Obiectio 2.

65.

Resp. quodam.

Aliorū respō.

66.

Mens Epiphaniij.

Obiectio 3.
Resp. August.

67.

Scilicet
quæst.Error mul-
torum hæ-
reticorum.

68.

De fide est
posse ho-
norari.Prob. 1. ex
script.
psal. 98.
Arca scabellum
pedum Dei.

69.

Replicat
hæreticorum.

Solutio.

Gen. 23.

scriptura

Scriptura nolit significare Abrahamum adorasse in populo Heth, id est in terra Heth, sed reuerentiam exhibuisse illi populo.

Consimili significatione accipitur quod habemus psalmo 131. *Adorabimus in loco ubi steterant pedes tui* (in Hebraeo habetur *lamed*) significat enim Prophetam se adoraturum arcam, quae erat Dei suppedaneum.

Non etiam obstat quod Hebraei *קדש* *Kadosh* sit masculini generis, quia similiter vox Hebraica significans *scabellum* est generis masculini, atque ita vnum potest optime cum altero conuenire. Addere tamen possumus nihil obstat nostro instituto etiam si nomen, *sanctus*, referamus ad Deum: nam optime dici potest, *adorare scabellum pedum eius quoniam sanctus est*, scilicet Deus, id est, quia propter infinitam suam excellentiam postulat etiam scabellum pedum suorum reuerentiam exhiberi.

Prob. 2. haec veritas ex Concilijs, in quibus est definita: Romano sub Gregorio 2. altero Romano sub Gregorio 3. Niceno 2. quod fuit septimum generale, ad quod missi sunt legati a Romano Pontifice interfuit etiam Patriarcha Constantinopolitanus, & legati sedium Patriarchalium, ex Concilio. I. I. 25. in decreto de invocatione sanctorum.

Prob. 3. auctoritate Patrum, qui a 7. Synodo in varijs actionibus referuntur. Basilij epistola quae immititur in Iulianum ita dicentis: *quam ob causam & ipsorum imaginum illorum honore & palam adoro: hoc enim nobis traditum a sanctis Apostolis non est prohibendum*. Chrysostomi serm. in parabola de semine: *namque inuitia afficit regem, qui regiam vestem violat: non nauis quod si qui inuitia afficit imperatorum imaginem, et imperatorem ipsum velut exemplar imaginis eiusdemque dignitatem inuitus est?* Ambrosij lib. 3. de fide ad Gratianum cap. 9. *Quid ergo? nunquid eum diuinitatem & carnem adoramus Deum diuinitatem? num quando ita & diuinam imaginem & crucem adoramus, ipsum partem? absit. Leontij qui refertur act. 4. sicut autem ita adorans librum legis non naturam membrarum aut aramentis adoramus, sed verba Dei quae illo continentur: sic & ego imaginem Christi adorans non lignorum aut colorum naturam adoro, absit, sed inanimatum characterem Christi*. Sophronij Patriarcha Hierosolymitanus refert sanctos Cyrum & Ioannem adorasse imaginem quam in templo viderant, & beneficia a Deo consecutos esse: & infra ex eodem refertur demonem cuidam seni quem vexabat dixisse, *imaginem ipsam, si nolis me tecum luctari, tunc amplius adores*. Damasceni qui varijs in locis adorationem imaginum propugnat. Plures Patres videri possunt apud Bellarm. lib. citato de imaginibus cap. 12.

Prob. 4. ex miraculis quae Deus per sacras imagines facere dignatus est. Plura videri possunt in 7. Synodo act. 4. & 5. Porro haec miracula patrata fuerunt ad comprobandum quod imagines essent adorandae, & beneficia sunt collata ijs qui imagines colebant.

Prob. 5. ex punitione eorum qui sacras imagines iniuriis affecerunt. In 7. Synodo act. 4. Constantinus Cypri Episcopus refert quendam qui B. Virginis imaginem dextrum oculum stimulo ferreo exculpserat, dextrum oculum amisit eodem ferro in oculum infixum, cum pecus vellet percutere. Plura huius generis exempla videri possunt apud Bellarm. supra.

Prob. 6. Christus & sancti sunt honore digni & venerandi, ergo eorum imagines sunt honorandae.

Consequenter prob. quando persona in se est capax honoris, eius imago potest honorari, cum honos delatus imagini redundet in prototypum: quod confirmatur exemplo imaginis regiae, quae potest honorari eo quod honor regi debeat.

Nec vilo modo satisfaciunt huius temporis haeretici dicentes regi eiusque imagini solum deferri honorem civilem; non vero religiosum, qualem catholici censent imaginibus deferendum. Praeterea imaginem regis honorari eo quod non semper regem habeamus praesentem. haec inquam non satisfaciunt: idcirco enim regi eiusque imagini solum exhibetur honor civilis, quod excellentia regiae sit naturalis, sanctis vero eorumque imaginibus debetur plusquam civilis, eo quod excellentia propter quam coluntur, sit supernaturalis: per quod patet responsio ad priorem obiectionem.

Ad posteriorem dico nos etiam rege praesente posse eius imaginem adorare; & inhonorationem factam imagini etiam rege praesente non censi minus cedere in regis ignominiam, quam si fieret eo absente; imò communi hominum iudicio eam censi maiorem. Et quamvis regis absentia saepe possit esse occasio honorandi imaginem, argumentum non ostendit illam efferationem formalem propter quam imago potest honorari. His adde sanctos non esse nobis loco praesentes, & proinde etiam concessio assumpto argumenti, ex eo capite nihil obstat quod minus eorum imagines possimus venerari, & quod minus ijs qui male tractant imagines censentur esse in Deum iniurij.

Eadem veritas a posteriori probari potest ex eo quod impugnatores imaginum fuerint homines scelesti & improbi; & contrario vero earum propugnatores fuerint viri sanctissimi.

Contra hanc veritatem Obijciunt 1. Iudaei & Gentiles reprehenduntur quod imagines colant, igitur omnino signum est nullam possessionem honoris adferri. Antecedens prob. non possunt dici habuisse statuas pro Dijs; cum non potuerint sibi persuadere lignum, &c. esse Deum, seu similibus rebus diuinitatem inesse, & proinde debent reprehendi precise ex eo capite quod colerent imagines, scilicet eo modo quo colunt Catholici.

Resp. negando antec. eiusque probationem; quamuis enim ijs qui idololatriae initium dederunt, non videantur ipsas statuas tanquam Deum coluisse; tamen progressu temporis plerique existimauerunt diuinitatem illis inesse, easque cultu laetiae adorant: quod de Gentilibus satis patet Sap. 13. vbi dicitur, *Appellauerunt Deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inuentum & similitudines animalium*. & infra: *non erubescit loqui cum illo qui sine anima est, & pro sanctitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum*, videri potest Baruch. 6. & Act. 17.

De Iudaeis patet Exodi 32. vbi Aaroni dixerunt, *Fac nobis Deos qui nos praecedunt*. vnde Deut. 32. dicitur, *Deum qui te genuit dereliquisti, & obliuisceris Dominum creatorem tuum*. psalmo 105. *Fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt sculptile: & obliuiscuntur Deum, qui saluauit eos, &c.*

Alij quamuis non adorarent cultu laetiae ipsas statuas, eum tamen cultum in statuis tribuebant demoni vel sceleratis hominibus quos pro Dijs habebant: quod pluribus locis satis indicat scripturae cum sit mentio Astaroth, Chamos &c. & de ipsis Philosophis testatur August. lib. 8. de ciuitate Dei cap. 23. & 24. quod in simulachris con-

72.

Soluitur re-
plica haere-
ticorum.

73.

Impugna-
tores ima-
ginum fue-
runt homi-
nes impro-
bi.

Obiectio 1.

Resp.

Gentiles an
existimaue-
runt statuis
in esse diui-
nitatem.

74.

Sap. 13.

Baruch. 6.

Act. 17.

Exod. 32.

Deut. 32.

Psalm. 105.

August.

lerent

lerent daemones. de Iudæis dicitur Deut. 32. *molauerunt daemones & non Deo.* ex quibus possunt refelli multa Caluini mendacia, quæ optime refutat Bellarm. lib. citato cap. 13.

75. Patet etiam latè esse discrimen Christianorum & Gentilium vel etiam Iudeorum: nam Christiani neq; habent imagines pro Dijs, neq; ipsi deferunt diuinos honores, sed simplicem venerationem propter ordinem quem dicunt ad prototypum, scilicet ad Christum vel sanctos Dei amicos: nostræ enim imagines differunt ab idolis & simulachris Gentilium, quod hæc vel existimarentur Diij, vel saltem referrent falsos Deos, & proinde essent similitudines rerum falsarum; nostræ verò imagines repræsentent res veras.

Obiectio 4. Obijciuntur 2. varij Patres, qui videntur damnare adorationem imaginum.

Resp. Dicendum tamen eos non damnare adorationem quam ipsimet & sacra Concilia docent imaginibus exhibendam, sed adorationem exhibitam more gentium, id est, procedentem ex interiori affectu & persuasione qua putetur status diuinitatem inesse, & ita ut ipsi vel daemones cultus latriæ deferatur, vel offerantur sacrificia; quod ex antecedentibus & consequentibus potest colligi.

76. Obiectio 3. Obijciuntur 3. duo Concilia Constantinopolitana, vnum sub Leone I. alterum sub Constantino Copronymo eius filio.

Resp. sub Leone nullum contra imagines Concilium fuisse Constantinopoli celebratum forma Ecclesiastica conuocatis varijs Episcopis, sed tantum fuisse congregationem iudicum laicorum ad quam Imperator Iconomachus conuocauit quidam Germanum Constantinopolitanum Patriarcham, sed hic illius impietati assentiri noluit. videri potest Baronius tomo 7. annalium anno Christi 726. Leonis 11. & alij historici. Secundum fuit quidem aliquo modo forma Ecclesiastica congregatum, cum ad illud varij Episcopi conuenerint; caruit tamen auctoritate Pontificis, qui nec per suos legatos interfuit, neque similiter interfuerunt Patriarchæ Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus; imò reprobatur fuit in 2. Synodo Nicæna act. 6. vbi plurima eius acta ponuntur: quam Nicænam Synodum constat esse legitimam & veram septimam Synodum cuius definitionibus subscripserunt legati Adriani 1. & alij. est quæ à Pontificibus approbata. Constantinopolitanum hoc est septimum falsò appellatum, siue pseudoseptima Synodus quam execrabilem, profanam &c. vocat septima vera Synodus act. 6. tomo 1.

Obiectio 4. Obijciuntur 4. Concilia Francofurdienſe in quo damnata est 2. Nicæna Synodus, quæ imagines adorandas definierat.

77. Notandum in Concilio Francofurdienſi nunc solum haberi eam partem quæ agit de Christi adoptione & seruitute; quia tamen plurimi historici tradunt in eo etiam actum fuisse de cultu imaginum, varij ad hoc argumentum respondent. Ad quod mihi videtur dicendum quod si nihil aliud posset responderi, facile dici posset hoc Concilium non debere præiudicare Nicæno, ita ut ex illo possit Nicænum solidum possit duci argumentum contra cultum imaginum: cum Nicænum Concilium sit vniuersale à Pontificibus approbatum. Francofurdienſe verò sit particulare in ea parte non approbatum. imò multorum sententia legati pontificij & ipse Adrianus primus dicatur illi in hoc puncto reſtituisse, quod etiam fatentur centuriatores citati à Bellarm. cap. 14. libri de imaginibus, & tamen

etiam ipso Concilio Francofurdienſi testè vltimum iudicium controuersiarum fidei reſeruatur summo Pontifici. his tamen sepositis,

Resp. 1. Concilium Francofurdienſe non errasse in damnanda Nicæna Synodo. Est contra quosdam existimantes Concilium Francofurdienſe condemnasse secundam Nicænam Synodum, & ea in re errasse in quaestione facti, non iuris, quia scilicet ex relatione quorundam putauit Nicænam Synodum non fuisse à summo Pontifice approbatam. 2. eam definiuisse imagines esse adorandas adoratione latriæ. Sed id non videtur probabile, cum Patres Concilij Francofurdienſis non videantur potuisse ignorare definitionem Concilij Nicæni celeberrimi, præsertim cum legati eiusdem Pontificis scilicet Adriani 1. vtrique interfuerint, qui hunc errorem potuissent eximere ex animis Patrij Concilij Francofurdienſis. Præterea Adrianus 1. reſutans libros qui dicuntur Carolini non meminit talis erroris Concilij Francofurdienſis.

Resp. 2. neq; videtur quidquam definiuisse contra honorem imaginibus debitum. Prob. moraliter loquendo non potuit definire imagines non esse adorandas seu venerandas contra definitionem Concilij vniuersalis sibi notam, utpote quæ sub eodem Pontifice ante aliquot annos fuerat celebrata. 2. non poterat condemnare vsum imaginum in tota Ecclesia receptum. 3. imperium fuit translatum à gratiæ ad Carolum magnum eò quod illi cultum imaginum impugnarent; igitur non est verisimile Carolo magno regnante, imò & procurante, fuisse congregatum Concilium contra imaginum venerationem.

His addi potest quod auctores passim referant Claudium Taurinensem maximum Iconomachum hanc definitionem Concilij Francofurdienſis pro se non attulisse; quod non neglexisset si quid tale in eo Concilio fuisset definitum. Similiter Adrianus respondens ad libros Carolinos nullam mentionem facit huiusmodi definitionis, quam tamen impugnasset si quæ talis in illo Concilio contra imagines edita fuisset.

Obijciuntur 5. ex præfatione librorum Carolinorum, vbi habetur: *allata est in medium. (scilicet Concilij Francofurdienſis) quaestio noua Græcorum, quam de adorandis imaginibus Constantinopolitani fecerunt, in qua scriptum habebatur ut qui imaginibus sapientiorum ita ut desicet Trinitati seruitium aut adorationem non impenderent, anathema iudicarentur. qui suprà sanctissimi Patres nostri (scilicet Francofurdienſis Concilij) omnimodis adorationem & seruitutem eis impendere renuentes contempserunt, atque consentientes damnarunt.* quod Conf. ex eo quod Hincmarus in quodam libro contra Episcopum Iaudunensem scripto, referat in Concilio Francofurdienſi destructam 7. Synodum.

79. Aliqui catholici opinantur Concilium non damnasse 7. Synodum veram, sed pseudosynodum Iconomachorum. Ita Surius in præfatione ad Concilium Francofurdienſe. Suarez disp. 54. sect. 3. & plures alij. quod confirmant: vera 7. Synodus non fuit celebrata Constantinopoli, sed Nicæa.

Ea tamen sententia alijs non probatur, existimantibus præfationem citatam intelligendam de Nicæna Synodo, contra quam agere libros Carolinos patet ex epistola Adriani ad Carolum magnum, & quia auctor illorum librorum plerique acta Synodi Nicænae refert, ut satis patet ex præfata epistola Adriani. Nec obstat quod ponatur Constantinopolis, quia auctor facile potuit errare in loco particulari nam de cætero agit de eo quod

tracta-

tractatum fuit in vera Synodo Nicæna, non verò in Concilio Constantino-politano, in quo contra imagines actum est. Conf. agit de Synodo celebrata sub Constantino & Irene ut patet ex eadem epistola Adrianea autem fuit Nicæna, & ita illius auctorem intellexerunt varij historici, quos refert Vasquez disp. 107. cap. 1. dicentes reiectam pseudosynodum Græcorum, quam pro adorandis imaginibus fecerant.

Resp. igitur illam prefationem, similiter & libros Carolinos nullius esse auctoritatis & ponderis, cum aperte falsum imponent septimæ Synodo, in qua non dicitur adorandas imagines ut sanctissimam Trinitatem, sed in varijs anathematismis aliquoties contrarium traditur. Vnde dico illum auctorem fraudulenter hominibus imposuisse, & vana bene citasse ex 7. Synodo, aliqua verò peruerisse, ut patet ex epistola Adriani citata: quemadmodum hæretici nostri temporis etiam imponunt perpetuo oblatantes perinde ac si catholici omnes colerent imagines ut Deum: cum tamen Ecclesia aperte contrarium doceat, scilicet imaginibus non exhiberi latiam, nec in eis fiduciam collocari.

Resp. 2. cam parenthesim bis positam (*scilicet Concilij Francofurtensis*) vel ab eodem auctore simili fraude & impostura positam, vel certe à quibuldam alijs, cum forte auctor voluerit agere de aliquo conuenticulo hæreticorum sub idem tempus quo Francofurtiense est celebratum, quorum hæresim ille auctor propugnat.

Ex his patet responsio ad id quod ex Hincmaro asseritur dico enim Hincmarum ex prædicto impostore sumpsisse errandi occasionem, & similiter plures deinceps historicos eodem abque ulteriori examine illum tanquam vera scribentem sunt secuti.

Notandum 1. huiusmodi libros non esse Carolinæ, cum is catholicus Princeps imperium à Romano Pontifice receperit, quando Græci cultum imaginum impugnabant. igitur nullo fundamento dici potest illum fuisse Iconomachum.

2. Nullo modo est verisimile quod librum à se compositum contra 7. Synodum & imagines, misisset ad Adrianum, illius Concilij & imaginis acerrimum propugnatorem (misisset autem constat ex initio epistolæ Adriani ad eundem imperatorem) vnde licet hi libri fuerint compositi illius tempore, falsò tamen ei tribuuntur, utpote compositi ab aliquo hæretico Iconomacho.

Notandum 2. modernos hæreticos fraudulenter collegisse acta Concilij Francofurtensis in materia de adoptione & seruitute Christi, ut tantò facilius hominibus imponerent cõminiscentes definitionem eiusdem Concilij contra imagines, hæc & plura docet tradit Vasquez disp. 107. apud quem videri possunt.

DUBIUM IV.

Utrum imagines possint adorari distincta adoratione ab exemplari?

NOTANDUM imagines tribus modis posse sumi. 1. pro materia, ipso videlicet ligno, lapide, ære &c. cum forma artificiali, nihil aliud spectando. 2. quatenus quodammodo censentur includere prototypum. 3. quatenus non includunt quidem prototypum intrinsecè, sed tamen ad illud dicunt

respectum & habitudinem tanquam ad terminum extrinsecum. Cõstat imaginibus primo modo spectatis nullam esse exhibendam venerationem, ut patet ex 7. Synodo & ex ratione naturalis: nam imago ita spectata nullam habet adorabilem excellentiam. Cõstat etiam imaginibus secundo modo spectatis posse adorationem exhiberi, cum imagines tunc censeantur adorari eadem adoratione qua prototypum, quamuis per accidens: quemadmodum qui honorat regem purpuram indutum, censeatur etiam concomitanter & per accidens adorare purpuram.

De tertio modo grauis est inter Scholasticos controversia; vtrum scilicet imago ita possit adorari ut sit obiectum cultus & interioris submissionis, prototypum verò solum sit, ratio propter quam adoretur imago, non verò sit res adorata.

Partem affirmantem tenent Bellarm. lib. de imaginibus cap. 21. Suarez disp. 54. sect. 4. Estius in 3. dist. 9. §. 3. Lorca disp. 94. membro 3. & plures alij.

Negantem tenent S. Th. hic & sequentibus articulis, & cõmunis eius discipuli. Caiet. hic. Valentia tomo 4. disp. 1. q. 24. puncto. 2. propositione 4. Vasquez disp. 108. Lessius lib. 2. de iustitia cap. 36. dubitatione 3. & plures alij, inò teste Suare supra frequentius sequuntur antiqui Doctores; quorum sententia videtur omnino verior. itaque

Resp. & dico imago non potest adorari secluso exemplari, ita ut cultus seu interior affectus tendat in illam, non tendendo in prototypum.

Prob. 1. ex Concilio Trid. sess. 25. in decreto de inuocatione sanctorum, ubi agens de cultu imaginum ait: *Quoniam bonos qui eis exhibentur referunt ad prototypa, quæ ille representant, ita ut per imagines quas oculamus & coram quibus caput aperimus & precamur, Christum adoremus & sanctos, quorum ille similitudinem gerunt, veneremur &c.* ubi Concilium videtur docere solam externam submissionis notam terminari in imaginem, interdum verò affectum dirigi in Christum & sanctos; ita ut externa signa quæ imagini exhibentur, procedant ex affectu adorandi Christum & sanctos: & proinde videtur quod non agnoscat imagines posse adorari ex interiori affectu erga illas secluso exemplari.

Cum autem sit eadem definitio Tridentini & 7. Synodi, ut ex ipso Trid. patet, satis constat 7. Synodum voluisse imaginem non posse adorari seclusam ab exemplari & tanquam interioris submissionis obiectum, quod ipsum satis declarat definitio 7. Synodi, in qua dicitur: *Imaginis enim honor in prototypum resultat, & qui adorat imaginem, in ea adoratur quodque descriptum argumentum.*

Dices ex hac doctrina Conciliorum non videri posse quidquam solidum in alterutram partem colligi, quia dum asserunt vnum modum, non negant alterum, quamuis nullam illius mentionem faciant. Conf. voluit tradere modum adorationis indubitatum, non se immiscendo questionibus inter Theologos sua fide controuersis, à quibus Concilia prudenter solent abstinere.

Resp. quamuis nostra sententia ex prædictis Concilijs non ita videatur concludi ut altera omnimodò careat probabilitate: nihilominus ex modo tradendi suam doctrinam, videtur omnino probabilius quod ita tradant modum imagines adorandi, ut implicite quemlibet alium negent, ut videtur colligi ex modo loquendi Tridentini cum ait: *ita ut per imagines quas oculamus &c. Christum adoremus*, ubi videtur agnoscere solam externam ad orationem respicere ipsas imagines: internam verò affectum de-

De tertio modo est difficultas.

Affirm. Bellarm. Suar. Estius. Lorca.

Negat D. Thom. Caiet. Valent. Less. Vasq. quibus asseritur Auctor.

83.

Prob. 1. Trid. sess. 25.

7. Synod. Imaginis honor in prototypum resultat.

84.

Replica.

Solutio.

bere

bere semper respicere Christum vel sanctos tanquam obiectum illius. Vnde patet responsio ad argumentum. Ad confirmationem Resp. Concilia ita tradere modum indubitatum, ut non leuiter indicent illum esse solum: & quamvis Concilia non soleant sese immiscere questionibus inter Doctores merè controuersis, ita tamen interdum suam doctrinam tradunt, ut ex ea non leue sumi possit argumentum pro alterutra parte controuersa.

85.

Prob. 2. ex
PP.
Basil.

Damasce.

Imagines
adorantur
cum proto-
typis, sicut
purpura cu
Rege.

Leont.

August.

86.

Prob. 3. ra-
tione.

87.

Imagines
seiuinctæ à
prototypis
non habet
excellentiā
adorabilem.

Confirm.

Prob. 2. ex patribus. Basilio lib. de Spiritu Sancto ad Amphilochoium cap. 18. Quia rex etiam dicitur regis imago, & non duo reges; neque enim imperium scinditur, neque gloria diuiditur: quemadmodum principatus & potestas una est quæ nobis dominatur, sic etiam glorificatio à nobis una est & non multæ, propterea quod imaginis honor ad exemplar transit. quod Basilij testimonium explicat Dam. oratione 1. de imaginibus ait: quemadmodum purpura & sericum & quod ex his vestimentum conficitur, per se nihil aliud sunt nisi tenue quoddam operimentum, quod tamen si rex induerit, honoris quo præstat rex ipsum quoque pariceps fit: ita res ex materia constans per se quidem adoranda non sunt, at si gratia plenius sit is quem ille refertur, pro fidei proportionem ipsa quoque participant. Leontio relato in 7. Synodo act. 4. quemadmodum etiam Iacob accipiens à filiis suis vestem sanguine conspersam Ioseph cum lacrymis eam osculatus est, suisque oculis circumposuit, non ipsam vestem diligendo aut honorando hoc fecit, sed per eam arbitratu est se Ioseph osculari, & in manibus habere: sic & christiani omnes imagines Christi, aut Apostolorum, aut martyrum tenentes, nostramque carne osculantes animo videmus nobis ipsum Christum aut Mariam amplecti. August. lib. 3. de doctrina Christiana cap. 9. Qui vero aut operatur, aut veneratur vtile signum diuinitus institutum cuius vim significationemque intelligit, non hoc veneratur quod videt & transit sed illud potius quo talia cuncta referenda sunt. Plures omitto qui ita loquuntur de adoratione imaginum, ut perpetuo videantur insinuare vnam adorationem exhiberi exemplari & imagini: quibus conformia sunt multa testimonia allata in 7. Synod. Ex quibus ita licet argumentari: sancti Patres nunquam meminerunt adorationis quæ adoretur imago seiuncta à prototypo tanquam integer terminus adorationis, sed è contrario nos docent quod quando adoramus imaginem, cogitatione apprehendamus ipsum exemplar tanquam coniunctum in quod dirigatur interior noster affectus; ergo signum est iuxta sensum Patrum imaginem seiunctam ab exemplari non esse adorandas, ita ut ipsæ sint terminus interioris submissionis, quod etiam ratione

Probari potest 3. si spectentur imagines seiunctæ ab exemplari ita ut ne quidem nostra cogitatione illud includant, non videntur habere excellentiam adorabilem, ergo seiunctæ à prototypo non possunt esse integer terminus adorationis, quæ seiuncta tantum dicitur externa signa submissionis, sed etiam ipsum submissionis affectum. Antecedens prob. imagines sunt res inanimæ, ergo non habent excellentiam adorabilem, ita ut homo sese illis debeat interiori affectu submittere. Conf. 1. quod est capax honoris etiam capax est iniuriæ & contumeliæ: atqui imagines non sunt capaces iniuriæ, cum illa nullo modo possint aduertere, neque villo modo possint affici e actu nostro. Conf. 2. religio vel etiam obseruatiua sunt partes potestatis iustitiæ, & proinde solum videntur nos ordinare ad naturam rationalem; quemadmodum & ipsa iustitia, quæ solum respicit naturam rationis & libertatis participem, nam qui ex obligatione iustitiæ bene tractat equum Ioannis, non exercet formaliter actum iustitiæ respectu equi, sed

solum respectu Ioannis, ita ut licet ipsa bona exterior tractatio materialiter sumpta immediate respiciat equum, actus tamen formaliter sumptus & prout includit affectum interiore iustitiæ cum non respicit, sed Ioannem, cui per huiusmodi tractationem ius redditur, & cuius ius lederetur si equus ipsius non bene tractaretur.

Contra resolutionem Obijciunt 1. si non possint imagines adorari tanquam integer adorationis terminus, sed in illis per illas adoretur prototypum, sequitur imagines tantum deferuire ad excitandam exemplaris memoriam, quod docebat iij qui in fine actionis 6. Synodi 7. vocantur semiprobi, qui que in eadem actione refutantur.

Resp. negando consequentiam, quia illi volebant vllam externam submissionis notam imaginibus exhiberi quod tamen hæc sententia concedit & expresse docet, quamvis dicat non posse exhiberi nisi ut mente concipitur prototypum esse præsens, & per illa signa honorari. Aliud enim est solum excitare affectum ad honorandum prototypum; aliud vero sola signa externa respicere ipsas imagines, internum vero submissionis affectum à quo sumitur formale adorationis necessatio dirigendum in prototypum, neque ex secundo sequitur prius.

Obijciunt 2. quando adoramus imagines, seu signa externa illis exhibemus, inuenitur voluntas honesta, seu huiusmodi signa procedunt à voluntate honesta, & proinde quando illa exhibentur respondet interior voluntas honesta, illa autem voluntas non est alia quam religionis &c. & interioris submissionis; ergo adoramus imagines ex interiori submissionis affectu.

Resp. ad maiorem signa externa oculi, genuflexionis, &c. procedere ex voluntate honesta, quæ tamen non sit religionis quatenus respicit illa signa, sed prout respicit prototypum: cum enim adoramus imagines, inuenitur voluntas interna illa signa exhibendi, & simul inuenitur interior voluntas submissionis, non erga ipsas imagines, sed erga prototypum. vnde licet signa externa voluntarie exhibeantur imaginibus, non tamen procedunt ex voluntate, quæ respectu imaginum habeat rationem formalis seu interioris submissionis, sed solum respectu exemplaris.

Quod declaratur aliquo simili: quando quis alium amat & propterea eius equum bene tractat, exterior tractatio respicit quidem equum, & procedit ex voluntate equum bene tractandi, sed interior affectus amicitie in eo non sistit; neque dici potest quod respectu equi habeamus interiorem affectum amicitie, sed hic affectus versatur circa proximum cui in equo & per equum bene volumus. Sic in præsentia, externa adoratio respicit quidem imagines quas osculamur, coram quibus procumbimus &c. interior tamen submissionis affectus & cultus immediate respicit prototypum, quæ per cogitationem apprehendimus tanquam præsentia, ita ut si ea secludamus non possimus hæc signa imaginibus exhibere ex virtute religionis, vnde

Notandum signa externa & interiorum seruitutis affectum erga prototypum conficere vnum actum integrum adorationis in genere moris quorum vnum est materiale, alterum formale; quemadmodum contingit in omni actu virtutis qui completur actu externo; nam actus externus est materiale illius virtutis, internus vero formale, neque actus externus dicitur actus virtutis, nisi ut materialiter informatur interno, & voluntas ponendi actum externum non est honesta hone-

Obiectio 1.

Semiprob.

Resp.

88.

Signa ex-
terna respici-
unt imagi-
nes, nec
ipsæ interio-
ri submissionis
affectui ad
prototypum

Obiectio 2.

Resp.

89.

Signa ex-
terna pro-
cedunt ex
affectu ad
prototypum

Simile.

89.

Signa ex-
terna & in-
teriorum ser-
uitutis affec-
tus ad
prototypum
integrant
actum ad-
orationis

stare

stare alicuius virtutis, nisi simul adsit interior virtutis affectus; v. g. voluntas dandi aureum non habet rationem actus elemosynæ nisi procedat ex affectu subleuandi alterius miseriam. ita in præfenti voluntas exhibendi externa adorationis, nisi non sortitur rationem externæ adorationis, nisi coniungatur internæ submissioni erga exemplar tanquam ab ea procedens.

Dices iuxta sanam doctrinam est asserendum imagines adorari; adoratio autem essentialiter includit interiorum affectum submissionis, & quidem erga illud quod dicitur adorari; igitur interior affectus submissionis debet versari circa imagines.

Concessa maiore; ad minorem dico, adorationem non includere affectum submissionis erga omne id quod dicitur adorari, & cui externa signa adorationis exhibentur, sed sufficere si talem affectum includat respectu illius obiecti quod est ratio & causa cur huiusmodi signa exhibeantur, quod in præfenti est prototypum.

Constat communi iudicio potest adorari imago eo modo quo ponimus, siue possit adorari eo modo quem ponit prior sententia, siue non possit: atqui in tali modo adorationis non necessariò est dicendum interiorem affectum submissionis respicere imagines, quemadmodum aliquis adorando regem purpurâ indutum non dirigit interiorem affectum ad purpuram, quam dicitur concomitantur adorare. vnde dico quòd licet interior affectus submissionis debeat respicere obiectum adorationis, non tamen debeat respicere quamlibet partem obiecti, sed sufficiat si respiciat id quod est alteri causa adorationis.

Obijciunt 3. iuxta dicta imago semper colitur eodem cultu quo prototypum, contra id quod habetur in 7. Synodo act. 7. in qua dicitur quod imagines non sint colenda latrâ.

Resp. nostram doctrinam nullo modo aduersari definitioni 7. Synodi, sed esse illi maximè conformem: cum enim nullus Patrum qui in ea citantur mentionem faciat duplicis adorationis imaginis, sed Patres semper insinuant vnâ eandemque adorationem esse imaginis & exemplaris; 7. Synodus nullo solido fundamento potuit definire imagines posse adorari seu iunctas ab exemplari, ita vt sint integer terminus adorationis, & obiectum interioris submissionis.

Dico ergo quòd imago semper eodem cultu colitur cum prototypo, per accidens tamen & concomitantur, quatenus ipsum prototypum nostra cogitatione inclusum in imagine colitur, & dum colitur, externa signa seu adoratio materialis respiciunt etiam imaginem, non verò internus submissionis affectus. Nihilominus 7. Synodus bene docuit & imagines esse venerandas & non esse latrâ colendas &c. quia latrâ non tantum designat externam adorationem, sed dicit etiam internum affectum seruicutis, quem non exhibemus erga imagines.

Notandum ergo tam prototypum quam imaginem posse dici adorari, honorari, salutari &c. quia hæc sumi possunt tum pro exterioribus signis honoris, tum etiam pro interno affectu imaginis verò non posse dici coli latrâ, duliâ, eò quòd hæc insinuant interiorem affectum submissionis & formalis cultus, qui non respicit imagines, sed prototypa. vnde licet externa adoratio quoad executionem immediatè tendat in imaginem, tamen quatenus eam respicit non habet rationem latrâ, sed simplicis adorationis & notè externæ submissionis.

nis; rationem verò latrâ solum sortitur respectu exemplaris, v. g. Dei, cui tanquam primo principio nos submittimus.

Possunt tamen aliquo modo dici adorari latrâ per accidens, quemadmodum purpura regis per accidens eodem cultu adoratur quo ipse rex, item quia illa adoratio exterior quæ vt respicit exemplar est cultus latrâ, materialiter tendit in illas & eas respicit. Adde quòd imago Dei possit dici adorari ex virtute latrâ seu religionis, non quidem quæ respiciat per se ipsam imaginem, sed quæ respiciat exemplar; quia honor externus exhibitus imagini procedit ex affectu latrâ erga exemplar.

Hæc diligenter sunt notanda, quia per ea varia loca Patrum possunt explicari & conciliari: cum enim interdum dicunt imagines non esse adorandas, sumunt adorationem pro interiori seruicutis affectu, quem interdum vocant adorationem in spiritu: cum verò docent easdem adorandas, adorationem sumunt pro exteriori submissionis nota, quam eis possumus exhibere.

Obijciunt 4. in eadem 7. Synodo act. 7. dicitur, imagines esse adorandas sicut sancta Euangelia: atqui hæc ita possunt coli vt sint terminus & obiectum in quod tendit interior affectus & cultus; ergo.

Resp. negando minorem; quia omnis honor exterior qui illis exhibetur, procedit ex reuerentia interiori erga Deum vel sanctos, ita vt non tantum remotè in eos referatur, sed etiam illos immediatè respiciat per modum obiecti cultus formalis; quamvis frequenter non nisi valde confusè apprehendantur. Hæc ratione quando Ecclesia præcipit vasa sacra nō tangi à laicis, vel vult haberi in honore; non id vult quasi interior reuerentia tendat in illa, & interiori affectu nos ipsi vasis submittamus, sed quòd reuerenter ea tractando Deum honoremus.

Obijciunt 5. legatus non solum potest ita honorari vt rex in illo honoretur, sed etiam ea ratione vt ipse sit terminus venerationis, rex verò solum sit ratio propter quam honoretur; igitur imago potest similiter honorari propter prototypum; sic vt ipsa sit integer terminus adorationis, prototypum verò sit tantum ratio propter quam imago honoretur, non autem sit res adorata.

Resp. negando consequens. est enim disparitas quòd legatus sit prædictæ naturæ rationali, & per consequens adorabili: vnde propter excellentiam illi naturæ communicatam potest esse terminus adorationis, & per se honorari, propter excellentiam illi à rege communicatam: imago verò cum sit res inanima non habet naturam adorabilem, & cui propter alterius representationem homo possit sese submittere tanquam superiori: licet itaque legatus possit duobus modis coli, imago tamen non potest, sed tantum vno, scilicet tanquam continens in se prototypum ad quòd terminetur interior submissionis affectus.

Obijciunt 6. longè alia censetur iniuria percutere principem quam eius statuam deijcere; ergo signum est quòd dum imago inhonoratur, princeps solum censetur remotè inhonorari, nimirum eò quòd iniuria facta imagini, redundet in ipsum principem: quòd si imago possit esse terminus inhonorationis & iniuriæ, potest etiam esse terminus & obiectum honorationis & adorationis. neglecto antecedente

Resp. negando consequens. nam vt id interdum, in

Potest tamen aliquo modo dici adorari latrâ per accidens.

94. Explicantur locutiones Patrum.

Obiectio 4. 7. synod.

Resp. Qualiter adorantur Euangelia, & vasa sacra.

Obiectio 5.

Resp. 95. Legatus per se honorari potest, nō autem imago.

Obiectio 6.

Resp.

Simile.

96.
Ex hoc
quod mi-
nor sit iniu-
ria quae fit
Principi in
sua imagi-
ne, non se-
quitur ima-
ginem per
se inhono-
rari.

Confirm.

Obiectio 7.

Resp.

97.

Heretici
negant sim-
pliciter
imagines
adorari
posse.

saepe possit contingere quod in antecedente assumitur, nullo modo sequitur illum solum remore respici per deiectionem statuae ipsius, & totam iniuriam refundi in ipsam statuam. Patet in simili in mala tractatione equi, quae morali hominum indicio non potest censi actus iniustitiae vel inimicitiae respectu ipsius equi, sed solum respectu domini equi, qui in equo & per equum censetur iniuriā affici vel odio haberi, ita ut sit terminus iniuriā formalis. Certè ex inaequalitate iniuriæ nullo modo licet colligere ipsam imaginem inhonorari, ita ut interior affectus circa illam versetur: nam etiam immediatè tendendo in Principem quoad executionem potest inaequalis iniuria in ipsum committi; cum longè grauiorem iniuriam inferat Principi is qui eum occidit, quàm is qui solum leuiter laedit vel rident &c. & proinde non repugnat interdum censi minorem iniuriam irrogari deiectione statuae, & nihilominus iniuriam formalem seu interiorem affectum inhonoratio- nis respicere Principem tanquam personam quae inhonoratur. Idem proportionem dicimus de cultu, nimirum quamuis interdum sit minus feruens, intensus &c. quando alicui exhibetur per imaginem, interior tamen affectus semper respiciat prototypum: id enim potest contingere ex eo quod apprehensio in ordine ad affectum mouendum non ita perfectè obiectum repraesentet.

Confirmatur solutio à posteriori; si argumen- tum concluderet intentum, propriè concluderet nunquam exhiberi eandem adorationem imagini & exemplari seu prototypo, quod tamen iuxta priorem sententiam dici nequit. assumptum ostenditur, quia iuxta illam sententiam iniuria quae fit imagini minor est quàm sit ea quae persona in se ipsa afficitur.

Obiectio 7. videntur esse diuersae hereses quod non liceat honorare sanctos, & quod imagines non sint adorandae; ergo signum est quod imagines possint adorari seiuinctae ab exemplari, tamen propter exemplar. Consequenter prob. si hoc non liceat, videbitur ad eandem heresim pertinere vtrumque negare.

Resp. neg. consequ. & eius probationem; quia alia est heresis quod sancti in se non sint honorandi & inuocandi, & alia quod illis non liceat statuas erigere & illos in imaginibus & per imagines colere, sic ut externa submissionis nota quoad executionem immediatè versetur circa imagines; & qui negarunt posterius, non idcirco negarunt prius: quamuis ratio naturalis dicat, si possumus Deum & sanctos honorare, quod id possumus prestare per imagines modo explicato.

Confirm. negantes imagines posse honorari & adorari, non solum id negant sub certo modo & certa consideratione, scilicet tanquam integrum adorationis & interioris affectus obiectum, sed simpliciter & absolute & proinde ex eorum heresi non licet à contrario colligere imagines posse adorari etiam seiuinctas à prototypo, ita ut ipsum prototypum nullo modo sit terminus adorationis, quamuis sit ratio propter quam adoratio deferatur imagini. Assumptum prob. quia ne quidem iam potest redargui tanquam hereticus qui negaret praedictum modum.

2. Ex nulla sententia Patrum potest colligi id solum voluisse Iconomachos, & non simpliciter negasse modum adorandi imaginem ut repraesentantem & cogitationem continentem prototypum. Prob. quia saltem eum modum concludunt plu-

rima testimonia Patrum, quae partim citauimus, partim fusiis ab aliis referuntur, & proinde est incredibile hereticos eum non negare, cum sit incredibile Patres ita conspirare in modum, de quo nulla inter Catholicos & hereticos etiam in confuso fuerit controuersia.

Ex dictis licet colligere idem esse dicendum de speciebus sacramentalibus Eucharistiae, scilicet eas non posse adorari per se à Christo seiuinctas, propter rationes allatas: ipsum tamen Sacramentum Eucharistiae debet per se latrā adorari, quia intrinsece dicit etiam diuinitatem presentem.

Ex dictis etiam colligitur sacrificium non posse imaginibus offerri, nam sacrificium requirit interiorem submissionem respectu eius cui offertur, cum offeratur in testificationem supremi domini vitae & mortis.

2. Neque orationem posse ad imagines dirigere, non enim quidquam ab imaginibus petimus, utpote quae preces nostras capere non possint; neque possumus fiduciam in illis collocare, ut Trident. sess. 25. loco citato.

3. Neque eas propriè esse capaces laudis, cum laudem intelligere nequeant; vnde cum illae videntur laudari, non tam ipsae quàm auctor & causa efficiens laudatur vel exemplar. Quando vero in hymno ecclesiastico dicitur *O crux ave spes unica* &c. oratio dirigatur ad Christum, ut patet ex sequentibus, & crux per metonymiam sumitur pro crucifixo: in quibusdam eiusdem hymni versiculis per prosopopeiam crucem alloquimur tanquam personam.

Notandum aliquos censere imagines improprie adorari, alios analogice, alios ut conditionem adorationis; qui his loquendi formulis nolunt negare externa signa adorationis imaginibus exhibenda, sed solum volunt significare haec non habere rationem formalis adorationis, nisi procedant ex affectu submissionis interioris erga prototypum, & proinde non videntur mereri censuram, quia 7. Synodus parum curat de nomine, dummodo fateamur imaginibus posse exhiberi exteriora signa honoris, venerationis, salutationis, &c. Verius tamen est posse dici propriè adorari; nam illud nomen tam propriè & vltatè sumitur pro nota externa venerationis, quàm pro interiori animi submissione & seruitute.

Denique notandum quod quamuis apud doctos liceat loqui vtriusque modo & secundum vtrumque sententiam; tamen apud populum cautè sit procedendum, eum docendo non esse collocandam fiduciam in imaginibus, nec existimandum quidquam diuinitatis illis inesse, ut Trident. supra. sed nos illis debere reuerentiam & externa submissionis signa exhibere propter prototypa quae repraesentant: addi etiam posset, ita ut in illis & per illas interius ipsa prototypa veneremur.

ARTICVLVS IV.

Utrum crux Christi sit adoranda adoratione latræ?

RESPONDET 1. crucem in qua Christus pendit duplici titulo adorandam esse adoratione latræ, scilicet per accidens; 1. quia repraesentat Christum tanquam imaginem. 2. propter contactum sui ad corpus Christi.

Respondet 2. reliquas cruces vno solum titulo posse adorari, nimirum quia repraesentant Christum crucifixum.

DVIVM.